


Darbozem affinitatis et eius materiam
Et primo videtur est quid sit affinitas
dicatur. quomodo ipsius genera insurgantur
comptentur. deinde arbozem formemus
postea quedam notabilia & quasdam
Est autem affinitas. personarum proximi
tu proueniens omni carens parentela. hoc secundum
Sed secundum leges. est proximitas ex nuptiis per
legittimis. **E**t requiritur secundum leges quod legitime
cive non interdicte ut contrahatur affinitas. ff. de gen.
non facile. s. sciendum. **E**t dicitur affinitas qua
vnum finem virtutis. eo quod due cognationes diuersae
secundum leges. vel per coitum secundum canonem
tur & alter ad alterius cognationis finem accidit vi
ge. s. affines. Sed quod per formicarium & incestuosum
cuidum nos canonistas contrahatur affinitas. pater
cog. consang. virgo. sue. c. disrecoez & c. penul. **E**
ratio legis fuit circa hereditates & tutelas defere
cogatur quis aduersus affinem testimoniū dicere ff.
l. iuriscon. m prim. &. ff. de testi. l. iiiij. &. iiiij. q. in
criminali vñi. Item. l iulia. Sed canonico quo ad mat
prohibenda considerauit umonem carnis quem insurgit
carnali. **E**t est videtur secundum hoc quod concurrere
nencia consanguinitatis & affinitatis. **V**t si quis
consanguineam suam omnes consanguinei utriusque
nes urtique. Scias autem quod affinitas est perpetuum in
tum quod perdurat etiam mortua ea persona qua media
bitur xxxv quod ex fraternitatis. **N**ec oritur affinitas
cum extraordianaria que fit extra claustra pudoris xx
extraordianaria & adde quod ibi notatur. **E**t insurgit a
cum publica honestate iterum sine publica honestate in
affinitate et publica honestas iterum sine affinitate ut
nosco virore per sponsam legit hic impedimentum est pub
lis et affinitatis. **S**i cognosco non sponsam hic est affin



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
231 J 55

oc factum fuisse ppter cellulam q̄ ponitur ad dorsum
uasi diceret fratre habuit uxorem mortuo fratre uxor
licita contraxit cum alio viro illa deum mortua iste
a relicta fratribus vult contrabere cum sorore nunqđ
Olim non poterat quia erat sibi in secundo genere &
o gradu hodie vero potest Idem sit repetitum quo ad
n viri sororis. **A**ct cognoscendum ergo gradus affi
& genus tam ex forma arboris quam ex prius dictis
oanc solam regulam magistram. Per carnalem co
viri & mulieris inter consanguineos mulieris & virū
anguineos viri & mulierem contrahit affinitas pri
ris & eiusdem gradus cuius est consanguinitas. q̄re
per carnalem copulam in regula viri & mulieris &
& uxoris collige ex his que prius dixi i principio
nsanguineos mulieris & virum & consanguineos vi
lierem. ideo dixi quia inter virum & mulierem non
ur affinitas proprie sed ipsi sunt affinitatis causa cōtra
tē m̄tē consanguineos viri & mulieris nulla est affi. vñ
abut cū duab⁹ sororib⁹ pater & fili⁹ cum matre &
affi. iter consanguineos mulieris & ipm virū & consanguineos vi
ri & ipm mulierē supra d̄ consanguinitas & affi. qd̄ sup his
generis q̄re dixerī etiā ex superiorib⁹ patuit & ei⁹ cōm
ē consanguinitas. **V**ide hec i arbore nā frat et soror sunt i
consanguinitas marit⁹ sororis ē fratri in primo ḡ. affi. & sic
fratris sorori. & sic filia sororis ē filio fratrib⁹ & ipsi
tra. consanguinitas marit⁹ ei⁹ in secundo gradu affi. & eauer. &
s. **V**n vir p̄neptis sororis attinet frī & oībo descendē
i sunt in arbore quarto gradu affinitatis. & hoc ideo
in gradu consanguinitatis attinet predictis ipsa p̄
sororis qui sunt in arbore Ideo dixi qa si pronepos
aberet filium ille excederet lineam equalitatis & sic
quinto gradu secundum regulas traditas i arbore cō
tatis. Post hoc notandum q̄ istud p̄cise nō seqtur.
tu sum⁹ affines ego & fili⁹ quē p̄creo ē tibi affinis



Early European Books. Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
231 J 55





Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
231 J 55




Early European Books. Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
231 J 55

231 J 55

NK 1212



ic
30
or
us
st
im
la
s
e
m
or
n
nu
ou
co
m
bi
i
x
3
v
ni
i
o
g
x
r
li
q
to
s
sh
t
un
&



1938. n. 2. Bl. 604 A

de Hees.

N. 19.

Itinerarius **J**oannis de
Hese presbiteri a Hierusalem describens dispo-
sitiones terrarum insularum montium et aquarum ac etiarum
quedam mirabilia et miracula per diuersas partes mundi
contingentia lucidissime enarrans.

Tractat de decennationibus in sectis christianorum.
Epistola Joannis soldani ad Pium papam secundum.
Epistola responsoria Pij pape ad soldanum

Joannis presbiteri marmi
Indorum et ethiopum christianorum Imperatoris et patri-
arche. Epistola ad Emanuelem Rome gubernato-
rem de ritu et moribus Indorum. Deque eius potestia divi-
tus et excellentia.

Tractat pulcherrimus de situ et dispositio-
num et insularum totius Indie. Necnon de rebus mirabili-
bus ac gentium diuersitate.

āi
s.
&
E
us
nit
un
eo
hi
ad
d
pi
s
im
roi
d
ed
da
d
s
in
ex
po
pe
el
p
ite
ej
ev
fi
eri
G
h
ta



Ittinerarij Joannis de Hese presbyteri Tra-
iectensis diocesis a Hierusalē per diuersas partes
mundi. Incipit feliciter

Pro domini. M. CCCC. lxxxix. Ego
Joannes de hese presbyter traiectensis diocesis fui in
Hierusalem in Maio visitando ibidem sancta loca
peregrinando vltterius versus iordanem et per iorda-
nem ad mare rubrum ad partes Egypti ad vnam ciuitatem dictam
Hermopolis que dicitur capitalis ciuitas Egypti ubi beata virgo se-
ptem annis morabatur cum filio suo domino nostro. In mari nam-
que rubro vidi pisces volantes ad tantum spaciū q̄tum balista possit
sagittare. et illi pisces sunt rubei coloris habentes in longitudine ultra
duos petes et habent rotunda capita sicut catti. rostra autem velut a
quila. de quibus piscibus ego Joannes hese predictis comedи. Et sunt
pisces grossi proper quod oportet eos diu buliri. Et vidi ibidem plu-
ra animalia rara quorum non habui noticiam. Etiam vidi in dicto
mari serpentes volantes ad terram reuertentes iterum ad mare ru-
brum qui sunt valde nocui hominibus eos intoxycando contra quos
habetur cinis de palma combusta crescente ibidem et in terra sancta.
et etiam herba Loral nuncupata que crescit in mari rubro in loco per
quem duxit Moses populum Israeliticum. et ille locus seu via cog-
noscit per magnos lapides nigros in ripa stantes duo ab una par-
te maris et duo ab alia. In ciuitate Hermipoli predicta est hortus in
quo morabatur beata virgo. et in illo est fons in quo beata virgo sua
lauit necessaria. De cuius fontis aqua dicitur q̄ ceci accipientes de ea
recipiunt visum. infirmi sanantur. et leprosi mundantur. in quo horto
etiam balsamum crescit. In predicta ciuitate est etiam vna ecclesia mi-
re magnitudinis constructa in honore sancte trinitatis et gloriose vir-
ginis Marie que prius fuit templum idolorum. in quod beata virgo
cum primo venit ex motu herodis fugiens in egyptum demones
fugierunt et idola ceciderunt. ut dicitur. De illa vero ciuitate Hermi-
poli sunt octo dieite usq; ad ciuitatem vocaram Amra que iacet super
mare rubrum ubi iterum transnavigatur directe per mare rubrum et
transitur pedestris septem diebus ad montem synai in quo iacet co-
pus beate Katherine virginis in claustro canonorum regularium
deuote viuentium. et tantum semel in die comedentium. quorū sunt
tredecim numerō. Sunt etiā ibidem tredecim lampades ardentes q̄
nunq; possunt extingui que absq; aliquo augmēto semp viuunt. sed co-
vngs canonorum moritur tūc vna de lāpadibus extinguitur can-

a ii

diu donec iterato aliis in loco eligitur, et tunc lampas per semetipam
sine aliquo adiuuamento itex incenditur. Laustz namq[ue] illud est for-
tissime munitum propter animalia notius. De sepulchro bre[ve] Ka/
therine stillant in qualibet septimana tantum tres gutte olei, quod o-
lum in magna quantitate stillare consuevit. Et est ibidem lapis quem
Moyses percussit et fluenteraque filii israel. Et ibi sunt volucres
portates in ore suo ramos oliuaz ponentes illos infra emunitatem clau-
stri, et sunt ille aues ut turtures magnitudine habentes alba colla et cas-
pita. De monte synai sunt quartuor diec per desertum usq[ue] ad cam-
pum helym, in quo moyses construxit altare domino quod iam corruit et
iacent adhuc lapides ibidem de illo. Et in eodem campo quieverunt
filii israel per quadraginta dies quando moyses accepit legem. Et in
eodem campo sunt duodecim fontes ex quibus si quis biberet nunquam
ut dicunt oculi eius exsecaretur. Etiam sunt ibi septuaginta palme q[ue]
moyses ibi plantauit et cum quibus obtinuit victoriam. Ad illum ve-
ro campum non possunt venire animalia venenosa. Et crescunt ibide
multe bone spes. Prope illum namq[ue] campum est fluvius qui voca-
tur marath valde amarus in quem Moyses percussit virga et accepit
dulcedinem de quo filii israel biberunt. Et adhuc hodiernis temporibus
ut dicitur animalia venenosa intoxican illam aquam post occasum
solis sic q[uod] bona de ea bibere non possunt. De mane vero post ortum so-
lis venit unicornus ponens cornu suum ad predictum flum expellendo
venenum ex illo ut in die cetera animalia sumant potuz quod idem
ipse vidi. Ulterius autem progrediendo magnu[m] miliare est habitat[us]
cuiusdam sancti heremite ubi sanctus Paulus primus heremita, et
sanctus Antonius habitabat adhuc hodiernis temporeibus pascitur
manna celesti, dormit namq[ue] super lapide et vestitur ueste pilosa ad mos
dui sancti Joannis baptiste quem heremitarum ego Joannes de h[ab]e
ctus vidi. Ad quindenam ulterius traseudo per desertum et per terram
bur caldeorum ubi rubei iudei habitant venimus ad flum Nilm in
quo nauigauimus per unam diem ad quandam portum et ad ciuitatem
quandam vocata Hamiad. Ibi intravimus nauem nauigan-
do per inare oceanu[m] bene per tres meses ad ethiopiam que regio dici-
tur interior India ubi scilicet Bartholomeus predicabat. Et morantur
ibi ethiopes scilicet nigri homines. Ulterius nauigando venitur ad pig-
meos qui sunt parui homines habentes in longum longitudinem uni-
us vline, et sunt difformes qui non utuntur domib[us] sed morantur in cauetis
montium et in speluncis et in conchis. Etiam non utuntur pane sed
herbis spesibus et lacteis, ut bruta. Et dicitur ibidem quod pigmei
pugnat lepe contra cyconias et cyconie quodammodo interficiunt pueros eorum.
Et h[ab]it homines ad maius vivunt, ut dicitur duodecim annis non et vi-

tra. Ulterius nauigāda de mari ethiōpīe inter maria secoreum & are
nosum per quatuor dietas venitur ad terram monoculorū. Mare
autē iecoreū est talis nature q̄ attrahit naues in profundū ppter ferz
in eisdem nauibus cōtentum q̄r fūdus illius maris dicitur esse lapiš
deus de lapide adamante qui est attractiūs ferri. Ex alia vero par-
te est mare arenosum. & est terra fluens vt aqua crescens & decrescens
in illo mari capiuntur pisces & monoculos q̄ intrant pedestres. Et hi
monoculi transeunt aliquādo sub aqua periclitando naues. Et pro-
pter ista duo maria inter que periculosissimū est nauigare. & ideo ne-
cessē est q̄ habeat bonus & directus vētus si hō debeat saluari. Predi-
cti autē monoculi sunt breues grossi & fortes & comedunt alios homi-
nes & habent vñ oculū in fronte nitidum ad modū carbūculi. & labo-
rant semp in nocte. Nauigando autē ulterius usq; ad mediā indiā vbi
Brandicanus regnat sub imperio psbyteri Joannis venitur ad ciuit-
atem magnā que vocatur Andrōpolis quā sanctus Thomas p/
mo ad fidem couerrit. & in illa ciuitate morātur boni christiani & mul-
ti religiosi. Ista ciuitas est sita in littore maris. & ibidem est portus v/
bi multe naues de diuersis mundi partibus cōueniūt. domus etiā ibi
sunt multū alte & platee satis stricte q̄ homines nō sentiūt nec habent
solem in plateis. & sunt in eadem ciuitate plus q̄ 3 quingenti pontes la-
pidei in quibus est flumen cuiusdam riuī magni. Est etiam ibidem
claustrum minor quō ecclesia est facta de alabastro puro. & ibi sepe
liuntur christiani In eadē ciuitate ppe litrus maris est vna turris mī-
re altitudinis & pulcritudinis quā astronomi & litterati de nocte ascē-
dunt futura pronosticando. sed in die domini ciuitatis maiores habēt
eoz cōsilia ibi. Et in summitate illius turris stāt q̄ng turrēs de lapi-
dibus p̄ciolis & auro. & media illarum est plus eleuata q̄ alie quattu
or. in qua stant caudele & lapides ardentes sic q̄ nocte remotissime
videntes hanc lucem & scdm eam se regant applicando seipso ciuitati
predicte. Prope illam vero ciuitatem est aliquod claustrum pulcerri-
num qđ appellatur ad sanctam Mariam. in quo habitant deuoti &
religiosi homines in quo quidem claustro magnus est cōcursus & visi-
tatio peregrinorum de longinquis partibus venientium. Et ad par-
uum ab illo loco distantiam eramus capti p̄ ratores Brandicani. il-
lo vero nō existēt in partibus illis ducti eramus ad castrum vocatū
cōpardit. ybi detenti eramus octo septimanis Veniente autem rege
Brandicano eramus liberati eo q̄ sum⁹ peregrini sancti Thome q̄s
diligit q̄uis ipse sit paganus. q̄ maxime timeret vindictaz sc̄i Thome
Libauit etiam nos bene duodecim diebus faciēs nobis dari salutē
conductū p̄ suos/bene duodecim dieb⁹ ad magnam ciuitatē vocatōm
Beliah. & ibi terminat media india. ibidē intrauim⁹ nauē usuigando

a iii

sub ducatu Brandicani predicti octo diebus vniendo ad unum mo-
rem altissimum petrosum iacente in mari, habente subratis foramen v-
num longum per tria miliaria, per quos non nauigare oportuit illud
foramen est ita tenebrosum q[uod] semper oportuit nos habere cadelas ar-
dentes et in exitu foraminis oportuit nauem descendere ad spaciū vi-
ginti cubitorum in qr mare est ibi adeo bassum respectu foramis. et ma-
rime ibidem timebamus. Et ibi prope est etiam terra in qua crescit pi-
per inter duos montes ibidem sunt tot serpentes ita q[uod] piper non be-
ne colligi potest. Et circa festum Michaelis incenditur ignis p[er] quem
serpentes fugam accipiunt et piper colligitur et isti duo montes in finem
terminantur vbi p[er] mare condonantur, et sit foramen tenebrosum ad
spacium trium miliarium, per quod aqua velocissime currit q[uod] secundum ma-
gnos dicit lapides, et in illo foramine audiuntur horribiles soni, tonis
truis et clamores diversi horribiles, sed q[uod] significat nescitur nec aliq[ue]
intelligat. Ulterius nauigando bene per mensem venitur ad portū q[uod]
vocatur g[rande] idde. ibi q[ui] stat castrum vbi mercatores dant theoloneū pre-
sbytero Joanni Indorum imperator

¶ De pallacio p[re]b[endar]y[er]i Joannis in superiori in- dia et eius septem mansionib[us] et diverso ornatu

E[st] predicto portu ultertus nauigando per vigintiquatuor
dictas venitur ad ciuitatem Edissam vbi p[re]b[endar]y[er] Joan-
nes moratur, et illa ciuitas est capitalis totius regni sita ad su-
periori india terre habitabilis, et illa ciuitas est maior q[uod] vigintiquatuor
tuor ciuitates Colonenses. Habitatio p[re]b[endar]y[er]i Joannis est sita in
medio ciuitatis habet in longitudine fere duo miliaria reutonica, et etiam
in latitudine. Nā ciuitas quadrata est, et pallaciū stat sup nongentis ve-
ctuor columnis et media inter istas columnas maior est alijs, ad quā sunt scā q[uod]
tuor magni gygates de lapidib[us] preciosis deauratis stātes indiatis co-
pitib[us] subtus pallaciū acsi portet totū pallaciū. Ad quālibet aut alia
rum columnarum facte sunt imagines de lapidibus preciosis deauratis.
Sub pallacio quidem magnus est transitus ad quem conuenit po-
puli multitudo. Ibidem namq[ue] sūt iudicia secularia et spiritualia oī
die, et consilia dominorum ciuitatis, quia ibi est commune forum. Et in
principio cuiuslibet mensis sunt ibidem nundine ad quas mercatores
de diversis et longinquis conueniunt partibus que tamen prima die au-
gusti specialius celebrantur ibidem. Pallacium vero omni nocte mille
viris custodit[ur], et natis, in ipso aut pulcer est ambitus stans sub columnis
ad quas facte sunt imagines paparū impatorū romanorum, qui fuc-
runt et aliquazz reginaz sc̄i Helene re[ver]e. Et in ascendendo pallaciū ad
primum habitatoe sunt q[ui]ngenti gradus in quolibet aut gradu duo

vel plures leones detinetur, ut si aliqui hereticorum predictos gradus
ascenderent a leonibus ut dicitur interficerentur. Et illud pallacium
infimum vocatur pallacium prophetarum, quia omnes prophete ibi sepul-
ti sunt sub lapidibus preciosis et deauratis. Et ipsum pallacium est ornatus
cum preciosissimis pannis et lucernis die ac nocte ardenti. Et ascendendo
scdm pallacium sunt plures gradus, quia quarto altius ascendit
tanto plus gradus quotificatur, et istud pallacium dicitur pallacium
patriarcharum, et de quo sit chorus Abrahe. Et in isto pallacio sunt plures
camere et dormitoria pulcerime ordinata. Est etiam ibi horologium mi-
rabiliter factum dans horribilem sonum ad introitum cuiuslibet alie-
ni, excitando cōcursum populi ad apprehendendū illū vel illos propter quez
vel quos huius sit sonus, quomodo autem hoc fiat nescitur. Hic etiā
omni ibi esse magna liberaria in camera ad quam doctores trāseunt stu-
dere. Terciam vero ascendendo habitatōem sunt adhuc plures gra-
dus, et hec dicitur habitatio scārum virginū, in qua est pulcerima ca-
pella ibidem est refectorium layorum et familiarū. Quartā vero ascen-
dendo habitatōem que dicitur sanctorum martyrum et confessorum habitatio,
et habet capellā pulcrā et refectoriū et dormitoriū dominorum. Ad qn-
tam itaq; habitatōem ascendēdo in qua est chorus apostolorum habens
ecclesiā mire pulcritudinis ubi sunt diuina officia corā presbytero Ioan-
ne, et continet refectoriū eiusdem quod longū et latū est ac mire pulcritudi-
nis, in quo sunt preciosae imagines de lapidibus preciosis et deauratis facie
Et ibi est mensa presbyteri iōannis lōga et lata facta de lapide preciosō, que
tam levis est acsi et lignea, que tamen pulchra est et lucida quod facies relucit
in eam speculatis, et habet talē virtutem quod si in ea ponerent cibaria ve-
nenosa nulli noceret, habet et virtutē illā ut si fricaret dīgito vel instru-
mento quouis alio, sintille ardentes saltarent ex eadem. Est ibi etiā
fons largissime currens, et campana quam sanctus Thomas fieri fecit,
ad sonū cuius obfessi curantur ibidem habetur Maligni spūs et aia
lia venenosa fugiunt sonum eius. Et dicitur hec campana benedicta
que pulsari consuevit ante prandiu presbyteri Joannis, et in medio prā-
dio, et etiam facto prandio, et sedent ibi octo doctores qui legūt in prā-
dio presbyteri Joannis alternatim diuersas materias pulcas valde
et delectabiles. Habet etiā in prandio suo preciosissima vasa aurea,
argentea, et de lapidibus preciosis in magna quātitate, inter que aliqua
sunt in quibus cibaria nunc putrescit, nec sapor eorum mutat quodvis
in eis diu continetur. Ibidem est etiam dormitorium patriarcharū
episcoporum, et aliorum prelatorum. Ulterius ascendendo ad sextaz
habitationem que dicta est chorū sancte Marie virginis et angelō-
rum, et habet capellam pulcerissimam in qua de mane omni die post or-
tum solis missa solemniter de beata virgine cantatur, et ibi est spēale pal-

a iiii

lacum presbyteri Joannis et doctorum, ubi tenent consilia quod volunt
ad modum rote, et est testudinatum ad modum celi in quo sunt etiam multi
lapides preciosi lucentes in nocte ac si esset clara dies. Et iste due
vtrime habitat de scz qnta et sexta sunt latiores et maiores alijs Ascen-
dendo autem vltius ad septima habitatoem que er summa est, et dicit
chorus sancte Trinitatis, in qua capella est pulcherrima qui est pulcri
or alijs, et ibi celebratur quotidie missa de sancta Trinitate mane an
te ortum solis, et hanc missam semper audit presbyter Joannes, et postea
audire missam de beata virginem in habitato sexta, ac deinde summa missam
in choro sanctorum apostolorum, et mane post medium noctis
surgit de strato suo. Capella autem predicta est nimis alte testudina-
ta, et est rotunda ad modum celi stellati, et transit circuendo ad modum
firmamenti. Est etiam pavimentata de ebore habens altare similiter fac-
tum de ebore et lapidibus preciosis. Ibidem est etiam una capana quam
quicunque audierit ut creditur ibidem illo die non incurrit surditatem, est
etiam ibidem facies veronica quam quicunque viderit illo die non amittit
visum. Ibiam prope est dormitorium presbyteri Joannis preciosum
valde testudinatum ac stellarum sicut firmamentum. Sunt etiam ibi
dem sol, luna et alii planetae, et hoc mire artificialiter factum est. Est ibi e-
tiam speculum continens tres lapides preciosos, quos unus acutus visum.
alter sensum, tertius expientiam, ad quod sunt electi quatuor doctores
qui intuendo ipsum omnia sciunt que sunt in mundo ut dicitur. Sunt
etiam ibi facti nouem chorii angelorum, in his chorus sunt facte imagi-
nes pulcherrime angelorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum
martyrum, confessorum, trium regum atque virginum de lapidibus pre-
ciosis et de auro. Et in supremo choro scz in throno sedet diuina maie-
stas cui seruiunt nouem seniores et summi archangeli tenentes in ma-
nibus suis rotulas tanquam cantantes. Gloria in excelsis et sanctus et
similia. Sunt etiam ibi tres crucis preciosissime quas presbyter Joannes
semper adorat. Et sunt ibi duo fontes quorum unus callidus et
alter frigidus. Item stat ibi magna gygas fortiter armatus qui fer-
tur interficeret omnem inimicum post occasum solis intrante. Item sup-
isto septio et vltio pallacio sunt viginti turrem mire altitudinis et pulchi-
tudinis sub quibus totum tegitur et cocluditur pallacium. Et in isto ul-
timo sunt nouem pallacia seu camere que possunt circumvolvi ad mo-
rum rote. Sunt adhuc plura mirabilia in predictis septem habitato-
ribus dicti pallacij quorum non recordor. Pallacium autem est situ super quan-
dam fluminem quod dicitur tygris veniens de paradyso de quo proinci-
tur aurum. Extra ciuitatem sunt duodecimi claustra que sancti Tho-
mas suis temporibus fieri fecit in honore christi, et duodecimi apostolo-
rum. Item ante pallacium presbyteri Joannis est signatum quod semper come-

dunt ibi triginta millia hominum exceptis ingredientibus et egrediētibus et comeditur ibi tantā semel in die. Presbyter autem Joannes trāsit annū prandium ut papa cum cappa longa rubea et p̄ciosissima post prādium vero sicut rex equitando et terram suam regendo incedit. Et scribit se in Iris suis sic. Joannes presbyter diuina gratia dñs dominantiū omniū que sunt sub celo ab ortu solis usq; ad paradysuz terrestre. Et sub eo regnant decem et octo reges quoz yndecim sunt christiani et alij separam non christiani. Domines ibidem non vestiunt de lana ut nos sed serico et pelliculis rubicūdis. Non morant ibidem mulieres sed solūmodo viri. qz mulieres morant remote ultra mare p̄ quartuor dietas in yna insula dicta terra feminarū que est foriter circum murata. Et ille mulieres ter in anno yniunt ad viros pro prole generanda scz annū septuagesimam ante festum Joannis baptiste. et ante festum Michaelis. et sunt simul tribus diebus et tribus noctibus in quibus nō intrat ecclesia sed audiunt missas per fenestras. His etiam diebus sunt sponsalia quarta autē die reuertunt ad terrā suā. Et si pariūt filiūnū trūt cum per trienniū mitterentes eū post hoc patrī suo. si vero femellā peperint manet cum ipsis. Etiam sunt ibi quattuor et flumina paradyssi quorum unus yluti ygris dat aurum ut dēm est. Physyon p̄ciosos lapides emittit. Hyon dat dulcedinem aquorum. Eufrates dat fertilitatem semel in quolibet mense. idcirco colligit ibidem fructum bis in anno. Et est ibi finis Indie et terre habitabilis.

Decūnitate et ecclesia in qua ē corp̄bti Thome in magna reuerentia.

Igitur sanctū Thomam apostolum cuius corpus habet in ciuitate Vulna vocata que est sita quatuor dietis a ciuitate. Edissa predicā. et est ipsa Vulna sita in mari ad duo miliaria in magno monte. ad quam ciuitatem accedēdam oportet q̄ homines se preparent ieiunando per quāndenam et abstineant a carnibus et piscibus et omni die confitendo et deuote yluendo et sic fit semel trāsitus in anno octo diebus ante festum Thome et octo diebus post. Nam per istam quāndenam stat mare per ista duo miliaria ante predictam ciuitatem. Vulnam apertum q̄ christifideles per mare trāsunt siccis pedibus ad ciuitatem. Mare namq; ab ytracq; pte ad duo parietes se tener per quod tamen pagani ire non possunt. Igitur ciuitatem intrando venit ad ecclesiam sancti Thome in cuius festi vigilia ponitur corpus suū ad cathedram magnam deauratam facram de lapidibus preciosis ante summum altare manens ibidem a pmis vesp̄eris usq; ad secūdas. Louenit enī illuc populi multitudo vigilas nocte illis quīndecim diebus et corpus apostoli custoditur pl̄q; milz

Le armatis, et in die sancti Thome venit presbyter Joannes cum suis
patriarchis archiepiscopis et platis alijs ad cantandum diuina officia
cantatur plures missae anteque summa missa incipiat. ad quam cantan-
dam patriarcha se proponat qui cum ad canzonem venerit facies apostoli
discooperitur ita quod ab omnibus posset videri. in eleuatione autem ipsius fa-
cies sci Thome triplicem habet apparentiam. primo apparet pallida ut
hominis mortui. sedo alba ut hominis vivi. tertio rubra ut rosa. Patri-
archa vero conficit sacramentum in magna copia pro communione fide-
lium. missa igitur finita presbyter Joannes. archiepiscopi et ceteri plati re-
ligiosi cum alijs hominibus christianis deuote geniculando. et humilime
se inclinando accipiunt sacramentum de manu apostoli. Patriarcha vero
ministrat seu porrigit apostolo sacramentum ad digitos qui dignis tri-
buit et retrahit indignis. Apostoli autem manus stat aliquiliter elevata
et semiclausa. et ob reverentiam duo archiepiscopi apponunt manus suas
ad brachium apostoli non tam regendo manum eius. Corpus autem apostoli
est integrum et illesum cum crinibus et barba vestimentis suis quibus viuis
vivebat. Et ita quod panis preciosissimis cooperetur. Etiam ad predictam mini-
stracionem corporis domini seruit duo alii archiepiscopi tenentes pate-
nas sub manu apostoli. Item adhuc duo alii archiepiscopi tenent preciosissi-
mam manus. Tempore igitur quo ipse Joannes de hese fuerat ibidem vi-
di quod manus apostoli tribus hominibus venerabile subtraxit sacramen-
tum qui penitentia duci amare stendo et omnibus pro ipsis orantibus
postea de manu apostoli sacramentum suscepit. Fuit ibi mirabilia va-
ria et plura signa leprosi mundant. ceci visum recipiunt. oia genera lang-
guorum curant. Completis igitur secundis vespere presbyter Joannes et a-
lii prelati ponunt corpus apostoli ad locum suum ad magnam preciosissimam
capsam factam de auro et lapidibus preciosis ad fortissimam turrim retro
ecclesiam in pulcro choro ubi penderat cum capsula in quatuor catherinis atri-
reis satis alte quo facto clavis turris fortissimis ceris et vectibus. nec
aperitur nisi elapso anno in vigilia sancti Thome. Ante capsam istam
sunt duodecim lampades continue ardentes que nunquam incenduntur
nec extinguitur. nec etiam diminuitur ut dicitur. Et super istam capellam
sunt quinque turrem nimis alte in quibus splendent lampades preciosas
que videri possunt in mari per nouem dietas. et scilicet hoc naute se regunt
applicantes se ad ecclesiam sancti Thome. Et ad partem orientalem sunt
regna in quibus tres magi sive reges sancti morabatur et sunt tota lis
ter montuosa. et ibi nunquam est hyems ut dicitur ibidem pugnant homi-
nes contra serpentes et animalia venenosa. Et est ibi mons altissimus
qui vocatur aratum. ubi quando ex una parte est nos. est ab aliapte dies
et ecouerso ut dicitur ibidem Tunc per licentiam presbyteri Joannis et
aliorum dominorum intrantes nauem nauigauimus ulterius per decem die

tas ad insulam vnam pulcherrimam et planam habentem quartuor milia
ria plena arboribus pulcris cum fructibus et alijs spibus diversis floribus
et pluribus volatilibus dulciter cantantibus. Excedo ita nauem nostram duode-
cim cum patrono transiimus per eandem insulam videlicet predictos ornatus. Et
patronus noster inhibuit nobis ne alliquid ibi capereemus. fuimus
enim ibi ut nobis videbatur circa tres horas. sed cum reuersi fuimus ad na-
uem dixerunt nobis socii nostri quod fuerimus ibi tribus diebus et tribus nocti-
bus. nam ibi non erat nos et credo quod ibi nunquam nos fuit. vocat autem illa in-
sula radix paradysi. Ulterius nauigando per duodecim dietas venimus ad
montem qui vocatur edum qui est nimis altus ad modum turris ita quod non
potest esse accessus ad illum. Super illum montem dicitur esse padysus ter-
restris. Circa horam vesperam cum sol descendit versus illum montem tunc vide-
murus paradysi in magna claritate et pulchritudine ad modum stelle.
De propria spaciis unius miliaris est mons ubi dicitur fuisse Alexander
magnus qui subiugauit sibi totum mundum volens habere et a paradiso
tributum ut dominus ad redditum itaque non stru ad partes nauigando per mare
extremis partibus maris per vigintiquatuor dietas prospere vito veni-
mus ad insulam valde horribilem et lapidosam ubi dicebat esse purga-
torium et est arida et tenebrosa. circa quam fecimus moram tribus diebus et tri-
bus noctibus audientes varios clamores et gemitus animalium. legi quoque
in mari ibidem tres missas per defunctis his tribus diebus. Tertia autem die
missa finita insonuit vox canticis audientibus dicens. Laus omnipotenti
deo de his tribus missis. quod liberali sunt tres anime de purgatorio.
Ulterius nauigando bene per quartuor menses venimus ad insulam pla-
narnam ad spaciis unius miliaris ubi exiuvimus nauem preparando nobis
cibaria. In celo itaque igne insula se submersit nobis iterato ad nauem
quod citius fugientibus cibaria nostra cum ollis ibi relinquenteribus. Et diceba-
tur nobis quod illa insula fuerat piscis vocatus iasonius qui percepto
igne cum nostris cibariis se submersit. Nauigando autem per quartale anni ha-
biimus multa obstacula per montibus et ventibus et venimus ad insulam
magnum magnis arboribus repletam. ibi fecimus moram per diem et noctem et
venit illic monachus niger ad nos diligenter nos examinando accepit
et duodecim nostrorum ducens nos ad clausum suum. deditque nobis ci-
baria et optime ministravit. et interrogavit nos de sancto Thoma et alijs
diversis. Suntem ibi oves et capre rara magnae sicut in gregi nostris
boves. Et ratio magnitudinis dicitur ista. quod trascunt semper in pascuis
et non constringit eas hyems aut estas. Ulterius nauigando ad prem
septentrionalem venimus inter duos montes summos infra sex dies. Un-
ulterius nauigando ad insulam unam ubi vidimus homines siluestres abs-
que vestimentis et diversa rara animalia. Ulterius directe nauigando ad
quandam insulam ubi solum symee moratur quod sicut valde magne ad extre-

tem vituli ynius anni. Ulterius nauigado p quattuor menses prope montem sumosum et lapidosum audiimus cantates syrenes q can-
tu suo soler periclitare naues. Etiā vidimus ibi plura horibilia mon-
stra suimus q in magno timore q magna tempestate exorta proieci-
tuimus de recta via ad angulum tenebrosum inter montes vbi fuim⁹
quinq diebus nō vidētes solem neq lunā. postea scz sexto die veit y-
tus conuenies ducēs nos de illo periculo ad mare, et tūc navigantes p
mensem versus partem orientalē ab mare oceanū venimus ad terrā
vbi morabant̄ homines qdam nigri. et qdam valde albi ibiq qui eu-
mus octo dieb. et d illa terra amazona. Et d q ibi sunt gog et ma-
gog conclusi inter duos montes. Homines ibi sunt mirabiliter disposi-
ti habētes duas facies in uno capite. ynam a parte anteriori. alia aut
a parte posteriore. et ibi etiam aer est nimis calidus et terra montuosa.
Ulterius autē nauigando ad partē orientalē p multas insulas bene
per quartale anni venimus usq Hierusalē vnde exiūmus Qualiter
aut ibidem sit dispositū plures conscriperunt vnde sit deus benedictus
in eternū Amen.

Otandū q gentes christianoz diuidunt in decē natōnes vi-
delic̄ Latinos Grecos Indos Jacobitas Nestorinos Mo-
ronitas Armenos Georgianos Surianos et Mōzorabes

¶ Prima natio est

¶ Latinorū qui habent imperatorem Almanie et reges multos videli-
cer reges Castalle Arrogone Portugallie Navarie et isti sunt de na-
tione hispanica. In narōe gallica est vñ rex francoz et multi duces et
comites. In narōe s̄o Italie est rex Sicilie rex Neapolitan⁹ multi du-
ces comites marchiones et cōmunitates magne videlicet Venetiarū.
Florentie Senarum et Janue. In germanica aut natione pr̄ter im-
peratorem qui debet esse almanus sunt reges multi videlicet rex An-
glie Scotie Ungaire Bohemie. Polonie. Dacie. frisse. Suedie et
Norwegie Dalmacie. et multi marchiones Lantgrau⁹ Duces Lo-
mites re. Item in insula Lypri rex Lypri Omnes predici sunt obe-
dientes Romane ecclesie.

¶ Secunda natio est

¶ Grecorum qui habēt patriarchā Lōstāinopolitanū archiepisco-
pos. episcopos. abbates et c. in spiritualib. In temporalibus vero im-
paratorem. duces et comites et pauci tamē numero sunt nūc q aga-
reni et turci occupaverūt et inuaserūt maximam partē Grecie. Et isti
non obediunt ecclesie Romane et habent errores multos qui sunt con-
demnati p ecclsiā. q dicit quod spiritus sanctus nō procedit a filio

sed a patre solu*m*. Etiam dicunt q*uod* nō est purgatoriū.

Tercia natio est

Indorum quorum princeps est presbyter Joannes cuius potestas excedit omnes christianos. Nam habet sub se lxxq. reges. et quando dictus dominus presbyter Joannes equitat semper facit ante se portare crucem ligneam. Quando tendit ad bellum facit portari duodecim crucis de auro et lapidibus preciosis factas pro vexillo. In illa terra est corpus beati Thome apostoli in magna veneratio.

Quarta natio est

Jacobitarum a Jacobo heretico discipulo patriarche Alexandrini Jacobite dicti sunt. Vi in partibus orientis occupant magnam partem Asie. terram mambre que est propinqua egypeo. et terre ethiopie usq; ad Indiam plus q*uod* quadraginta regna. Vi circumciduntur et baptisantur cum ferro ignito. Characterem crucis imprimunt in frontibus et in alijs partibus corporis ut in pectore vel in brachij. hi confitentur soli deo et non sacerdotibus iudeorum et aggarenorum. et dicunt in christo tantum esse naturam diuinam. aliqui eorum loquuntur lingua Chaldaica. Aliqui lingua Arabica. Alij vero alijs linguis secundum diuersitatem nationum. Et isti fuerunt condemnati in consilio Leden.

Quintanatio est

Nestorinorum a Nestorino heretico qui fuit Constantinopolita; nus episcopus sic dicti Nestorini. Vi solum in christo ponunt duas personas. Unam diuinam. aliam humanam. negant beatam virginem Mariam esse matrem dei. sed bene hominis Iesu. Vi vtuntur lingua chaldaica in suis scripturis et conficiunt corpus christi in fermento hi inhabitabant tartaram et maiorem Indiam et sunt multi numero. Terra eorum continet tantum sicut almania et Italia. Et isti heretici fuerunt condemnati in tercia synodo Ephesina et fuerunt disiisi ab ecclesia Romana. et permanserunt in grinacia.

Sexta natio est

Moronitarum morontee a quodam heretico Morone dc*o* sunt. qui vnu intellectum tantum et vnam voluntatem in christo tantu posunt. Vi habitant iuxta Libiam in pruincia Fenice in magno numero. viri bellatores in prelijs edociti et experti. specialiter vtuntur arcibus et sagittis. Hi more latinorum campanis et eorum episcopi annulis. mitris et baculis pastoralibus vtuntur. in scripturis littera chal-

dalca et in vulgaris arabica utatur lingua. Hi aliquando fuerunt sub obediencia romane ecclesie. Nam eorum patriarcha interfuit consilio generali Lateranensi celebrato. Romulus Innocentio. sed postea recesserunt ab ecclesia romana. Hi primo fuerunt conuicti in synodo Eustachii politano. et postea venerunt ad obedientiam Romane ecclesie. Et iterum reuersi sunt ad propriam eorum opinionem in qua persuerant hodierno tempore.

¶ Septima natio est

